Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-670937-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-670937-p0002-6

De Scholarum, Saxonicarum præſertim HYEME aliqvot vicibus diſſeret, qvi Æſtiva Scholæ Annææ ſolennia, diſceſſumqve ab illa diſcipuli

rite jam indicit

M. Chriſtianus Auguſtus Freyberg,
Rector.

DRESDÆ,
IOH. CONR. STÖSSELIUS, Typ. Aul. impreſſit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-670937-p0003-2

EX *Stolpenſis Bibliothecæ cineribus* multos jam *ſermonum architectos* in lucem protraxi, *ineptias*, *ſtupiditatem*, *vecordiam*, *malitiam*, *fraudem* παῤῥησίᾳ notavi quandoque ac detexi, *foeda* nudavi, tetigi, incidi *ulcera*, nec tamen inſtituto hoc & molimine ἤπιος πρὸς τὴν ἀρχαιότητα eſſe deſii, cujus ſcilicet miſeram tantum exprimere volui faciem & imaginem, nec ego inſolenter quicquam feci, huic (1) quod nocivum foret ſeculo, quemadmodum nullos etiam in pugnam inducunt exercitus, qui in libris ſuis bella perſeqvuntur, neqve calamitatis autores fiunt, qui tempeſtates & diluvia enumerant, nec peſtem invehunt novam, qui peſtis hiſtoriam contexunt. Recenſere igitur *tenebriones meos & nugivendos* perſevero, quos quoad tyrones tanquam *fatidicos Apollines* conſulerent, & ab illorum orbita nunquam diſcederent, *hyemem* quoque credideris durâſſe *ſcholarum*. Latera vero προσομιλητικοῖς *antecedentibus* claudant:

Nycholai Dünckelſpühel (2) Tractatus uno volumine contenti.
- I. de Dilectione Dei & Proximi. (Sermon. XI.)
- II. de Preceptis Decalogi.
- III. de Oratione Dominica.
- IV. de tribus partibus penitentie.
- V. de Octo Beatitudinibus.
- VI. de Septem peccatis mortalibus, & ſeptem virtutibus illis oppoſitis.
- VII. Confesſionale.
- VIII. de Quinque Senſibus.

Chri-

1.) Proderit potius aliquantulum & volupe erit multis, in luce tenebras vidiſſe, ex roſeto ſpineta ſpectaſſe, mediis in opibus cognoviſſe egeſtatem, &c. v. *Progr. de Biblioth. Stolpenſi* a. 1723. p. 5. meminiſſe, *ex qua lerna malorum*, ἐν δυνάμει πνεύματος Θεοῦ, feliciter ſe emerſerint majorum noſtrorum progenitores.

2.) Seine Poſtille über die Sonntags-Evangelien findet man ſchon Progr. III. de Schol. H. p. 17. Er war aber ein Schwabe, öffentlicher Lehrer bey der Univerſität zu Wien, auch derſelben Deputirter auf dem Concilio zu Coſtnitz, der von *Jacobo Wimphelingio*, als dieſe 8. Tractate gedruckt worden, folgendes elogium davon getragen hat: *Gvilielmo Antisſiodorenſi*, (von Auxerre,) *Gvilielmo Pariſienſi*, Magiſtro *Marſilio*, (ab Ingen,) *Petro de Alliaco*, (Gymnaſii Navarrici Archididaſcalo,) *Joanne Gerſone*, *Henrico de Haſſia*, cæterisqve innumeris *ſecularibus*, *ſola Chriſti religione* (absqve cucullo) contentis, non fuiſſe inferiorem &c. In Johann Stumpffens rarer Beſchreib. des Coſtnitziſchen Concilii treffe ich ihn unter den Wieniſchen Herren Abgeordneten nicht an, hingegen einen andern, Nicolaum Speyſer von Coſtentz, Licenciat Canonum. Doch, daß Nicol von Dünckelſpül auch zu dem löblichen Congreß, (auf dem ſich, nach *Stumpffii* Bericht, Offen gemein Frawen durch die gantz ſtatt hinweg, in Frawenheuſern, ſtällen und wincklen ob 700. zugleich mit zu Gaſte befanden,) von der Wieniſchen Univerſität geſchickt worden ſey, habe ich zweene tüchtige Zeugen, *Wimphelingium* und *Ioannem Trithemium*.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-670937-p0004-8

Chriſto Opt. Max. gratiam conferente finem *preſſure* tractatuum N. D. poſuit *Ioannes Schottus, Argent. III. Kal. Septembr. A. S.* 1516.

Theoloyce veritatis Compendium, in regali Opido Vlma per *Iohannem Zainer* impreſſum.

Fr. Bernoldus(3) prefati opuſculi materiam ſic *maſticando* thematibus applicavit, & ad corrigendum, edocendum & confirmandum in fide populum ordinavit adaptavitque, ut pene aliud nihil ſuperſit, niſi eam *deglutire*, h. e. *memorie mandare, & populo in charitate fideliter pronunciare &c.*

His (4) alii ſuccedant, qui παιδαγωγοὺς, *Catones, ſacros cenſores*, νομοδιδασκάλους, *morum magiſtros*, ἀλεξικάκους extra templorum parietes „ & pulpita egerunt. Quales quidem erant:

Penitentiarius, (5) cum appendice,

§. Carmine *Magiſtri Iohannis Fabri de Werdea* de Ludo.

Peniteas cito, libellus iſte nuncupatur, tractans compendioſe de penitentia & ejus circumſtantiis, ac vitam peccatis depravatam emendare cupientibus multum utilis & neceſſarius, *Colonie* per *Henr. Quentel*, A. 1501.

Tractatus *contra vitia* ratione & auctoritate *terribiliter clamans*, modernis

3.) Der Mönch ſchreibt von ſeiner dürren Arbeit ſelber alſo: Quoniam ad laudem Dei nemo debet eſſe vacuus, cum ad ſe laudandum nos creavit ipſe Deus, ego *Frater Bernoldus monachus de Ceſaria Ciſtercienſis Ordinis, Auguſtens. dyœces.* animadvertens libellum, qvi *Summa Theolog. Veritatis* nuncupatur, eſſe totum *predicabilem*, qvod plerique nullatenus advertebant, ad laudem Dei & edificationem plurium, qui *librorum predicabilium* ſ. *Sermoniariorum* copiam non habebant, ſequentia themata cooperante Domino A. D. 1310. compilavi, ponens de *ſingulis diebus dominicis & feſtivis* ad minus *duo themata* more conſveto, predicantibus diſtincta, quorum etiam *thematum proſecutionem* ſufficientem habebit Lector de predicta *ſumma Theologice Ver.* deſignatam clare, qvoto libro & capitulo ipſa *proſecutio* valeat reperiri &c.

4.) Lubens omitto conciones *Tauleri*, ſermones *Kayſersbergii*, doctrina cæteros, rerum gravitate, verborum pondere, pietatis ſtudio præſtantes: Nec qvos *ſcribæ* veteres *Stolpenſibus noſtris* reliqverant *Dominicales, Qvadrageſimales & de Sanctis ſermones* ſingulos hic ac omnes enumero. *Duorum meminiſſe manu ſcriptorum* ſatis habeo, *Dominicalium* ſcilicet, in qvorum fine extremo hæc legebantur, *expliciunt Sermones* A. D. 1473. per me *Lucam Gelniz*, & *Qvadrageſimalis* confecti per *Niculaum*.

5.) Der beſtund aus lateiniſchen Verſen und teutſchen Reimen. Pauca legenda damus:

Peniteas cito peccator, cum ſit miſerator
Iudex, & ſunt hic qvinque tenenda tibi.
Spes veniæ, cor contritum, confeſſio culpe,
Pœna ſatisfaciens, & fuga neqvitie.
Vera ſit, integra, ſit etiam confeſſio munda,
Sit cita, firma, freqvens, humilis, ſpontanea, nuda,
Propria, diſcreta, lacrimoſa, moroſa, fidelis &c.
Nicht beychte mit Schrifft, noch mit Boten ſage,
Dein Sünde ſelbſt mit Reu klage, ꝛc.

Sage, wy du haſt deine Sünde verbracht,
Unde was du darinne haſt gedacht:
Wiltu Ablaß werden gewar,
So ſage deine Sünde gantz und gar.
Wiltu nicht kommen in helliſche Bunde,
Erclage dich aller deiner Sunde,
Verſweygeſtu in dir eine icht,
So hilffe dich alle deine beichten nicht. ꝛc. *Belle!*

Chriſticolis neceſſarius, nec non utilisſimus clero & laicis. *Argentine*, per induſtrium *Georgium Hußner*, A 1498.

Viola anime, per modum *Dyalogi*, inter *Raymundum Sebundium*, Artium, Medicine atque S. Theologie Profeſſorem eximium, & Dominum *Dominicum Seminiverbium* de Hominis Natura, (propter quem omnia facta ſunt,) tractans *ad cognoſcendum ſe, Deum & hominem*.

Liber iſte *Viola anime* inſcribitur merito, cum verum odorem *vite, doctrine ſapientieque ſpiret*.

Colonie, impenſis honeſti viri, *Henrici Quentel denuo impreßus* A. 1501.

Donatus ethimoloyzatus. Impr. *Memming* per *Albertum Kunne*.

Sed ſatis de hoc: (6) dicamus, qvod reliquum eſt nobis.

ANDREAS Köhler, *Stolpenſis*,

fortunarum parte, patria annis abhinc quatuor flammis ſuccumbente, *matre pia* hoc ipſo anno orbatus, noſtræ animi curæ A. MDCCXX. XIV. D. AUG. commiſſus, olim a nobis collaudatus, (7) *Wittebergenſes* mox petet *Athenas*, noſtram *latina oratione, de Cura Dei circa eccleſiam, regna, ſcholas, germanica*, & illa *poetica, de cura civium noſtrorum circa rem Annæam Scholaſticam*, habita, grata ſtatim voce ac mente relicturus ſcholam. Bonis illum verbis ac votis proſeqventur tres commilitones,

CHRISTIANUS Grahl, *Malterenſ. Miſn.*

de *juventute temporibus pie, recte ac ſapienter utente, carmine vernacula*,

IOANNES GODOFREDUS Trachbrod, *Micro-Roeſen. Saxo*,

de *formoſo ac opulento rure, Annaqve noſtra ruris deliciis* haud carente

CHRISTIANUS Schmidt, *Tharant.*

de *curis hominum vanis, inanibus, pernicioſis, doloſis & improbis*, latina uterqve voce prius locuti, omnes ac ſinguli ipſi thematum, de quibus declamabunt, inventores.

CHRISTIANUS Gottlob Köhler, *Dippoldiswald.*

Prologi munere *elegia latina* recitata,

IOANNES Gottlob Freudenberg, *Wachav. Miſn.*

Epilogi officio poeſis ope germanicæ fungetur. Huic Actui Scholaſtico ut PATRONI, FAUTORES & AMICI *Annæ ſuburbanæ* & *noſtri* frequenter, placide, benevole & benigne animis ac auribus, cras hora VIII. matutina audita, ad eſſe vëlint, enixe, reverenter ac peramanter oro, expeto & contendo. Scrib. XI. d. JUN. A. M DCC XXVII.

6.) Dieſes iſt kein Schul-Buch, ſondern eine application der VIII. Partium orationis auf das Leben und Wandel, Wercke, Pflichten und Ende der Menſchen, ꝛc. e. g. *Cujus gradus comparationis eſt homo?* R. Nullius. Denn der Menſch ſoll durch die Einbildung ſich nicht vergrößern, noch durch die Kleinmüthigkeit verringern. *Cujus Numeri?* R. Singularis. Denn ein ieder ſoll für ſich ſingulariter Rechenſchafft geben vor dem Richterſtuhl J. C. *Qvid eſt Pronomen?* R. *Homo* iſt unſer *Nomen*, *Peccator* unſer *Pronomen*, &c. Hunc ego qvidem libellum non admodum culpaverim.

7) v. Progr. de Schol. Hyeme I. p. 7.

✱ ✱ ✱

Pon IIσ 615
vd 18
ULB Halle 3
002 693 135
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-670937-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-670937-p0008-0

De

Scholarum, Saxonicarum præſertim HYEME

aliqvot vicibus diſſeret,

qvi

Æſtiva

Scholæ Annææ

ſolennia,

diſceſſumqve ab illa diſcipuli

rite jam indicit

M. Chriſtianus Auguſtus Freyberg,

Rector.

DRESDÆ,

IOH. CONR. STÖSSELIUS, Typ. Aul, impreſſit.

11

B.I.G. Farbkarte #13

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-670937-p0009-9

DFG